

Nos autem quotiens quae aliquid monstrare uolumus in his
pferam formulis ordinatarum uirgularum multitudinem
non grauamur adponere · cum enim quinque uolumus demon
strare facimus · v · uirgulas · ducimusq · eas hocmodo · IIIII · & cū VII
totidem & cum X · nihil omnino quia naturaliter est quemlibet
numerum quantas inse pferat tot unitatibus designare
quā notatis; est igitur unitas uicem obtinens puncti inter uallis
di ne longitudinis capax · quemadmodum punctum principium
quidem lineae est · atq · interuallis; ipsum uero nec interuallū
nec linea; neq · enim punctum puncto superpositum ullum
efficit interuallum uelut si nihil nullis iungas · nihil enim est
quod ex nullorum procreatione nascatur · eadem quippe
etiam area aequalitates proportio manet · nam si quotlibet
fuerint termini pares tantum quidem a primo ad secundum ·
quantum a secundo ad tertium · sed inter primum & secundū
uel secundum & tertium nulla est interuallis longitudo
uel spatium · si enim ter senarios ponas hocmodo · VI · VI · VI ·
quemadmodum primus est ad secundum · sic secundus ad ter
tium, sed inter primum & secundum nihil interest · VI enim
& VI nullas spatia interualla disiungunt; haec etiam unitas
in se ipsa multiplicata nihil procreat · semel enim unum
nihil aliud exsegignit quam ipsum est; nam quod inter uallo
caret etiam uim gignendi interualla non recipit · quod in
aliis numeris non uidetur accidere · omnis enim numerus
in se ipsum multiplicatus alium quendam efficit maiorem
ne longitudinis · principium; ipsa uero nec interuallis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTHECA NATIONALIS HUNGARIAE
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Országos Széchényi Könyvtár / National Széchényi Library
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/oszk_clmae3/0094